ta eundem Dnum Rogozinski Exactorem suo et nomine Praefatorum
Commilitonum suorum Quietat emittit, dimittit liberumq et abdu-
tum perpetuo pronuntiat, Hac sua praesenti personali Recogniti-
one ad praemissa omnia mediante.

Brosniowska seu Lininska Jaworskiemu Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan
Premisliens Nobilis Anastasia Brosniowska olim Nobilis Wasil Brosniow-
ski Filia Nobilis vero Joannis Lininski Consors legitima sana mente et
Corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis
quibusuis proprijs et competen recedendo, Praesenti vero Castrensi Ca-
pitaneali Premisliens Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se
cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere publice
ac per expressum recognouit. Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui
ut Tutoris Coniugalis, atq Nobilis Pauli Brosniowski fratris sui Re-
cognoscentis germani personali assistentia et Consensu ad infrascri[pta]
recognoscen Consensu de omni et integro Iure suo infrascripto videli-
cet de summa Centum florenorum polonicalium ex summa Ori-
ginali Ducentorum florenor polon sibi Recognoscen per olim No-
bilem Jacobum Jaworski Gerwalowski priorem Maritum suum ra-
tione Dotis et expeditionis, nec non alia simili summa ratione Do-
talitij in et super tota et integra medietate bonor suor gene-
raliter omnium haereditarior et obligatorior mediante Reformatio-
ne coram officio praesenti Castrensi Capitan Premisliens adhibita
assecurata se se denudante, nec non de bonis ipsis summis eidem
Centum florenorum Polon correspondentibus tenet medietate Inscripti-
onis praefatae Reformationis Castren Premisliens cum parte co-
rumq bonor Intromissione, tuitione, evictione, pacifiq per se
Recognoscen continuata possessione, cum omni praemissorum
Iure, Dominio, proprietate, Competentiaq et praerogativa quauis omni-
busq et singulis Inscriptionis praedictae Reformationis Iurisq praesentis Cessi-

Condonat

[illegible]

conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ac alio ligamentis, ac nexibus
in vniuersum omnibus, summaq́ue supra scripta Centum florenorum
polonicalium et bonorum summa eadem oneratorum vtilitatibus, fructi-
bus, prouentibus, redditibus, commodis, emolumentis, obuentionibus
attinentijsq́ue et pertinentijs generaliter vniuersis nihil ex praemissis Juris
Dominij, proprietatis, ac cuiusuis Competentiae et praerogatiuae pro
se Recognoscente suisq́ue successoribus aut quopiam alio reseruando
seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praesentes re-
signata ipsamet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsaq́ue
concernebant ac eidem legitime seruiebant. Quam ex nunc et de-
facto Nobili Demetrio Jacowski Czerwakowicz olim Nobilis Jacobo Ja-
cowski Czerwakowicz prioris mariti sui fratri germano eiusq́ue poste-
ris, Receptam ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti
satisfactione cessit et condescendit, prout cedit et condescendit prae-
sentes. Omneq́ue et integrum Jus succumbentium sibi ad praemissa per-
tinens in personam eiusq́ue Nobilis Demetrij Jacowski Czerwako-
wicz Cessionarij sui, eiusq́ue successorum totaliter et plenarie transtulit
transfudit et incorporauit, prout transfert, transfundit et incor-
porat praesentes. In quod quidem Jus praesens cessum, summam ac bona
summa eadem onerata, praemissaq́ue omnia praesentes per se Recogno-
scentem transfusa, haec eadem Recognoscens nobilis Anastasia Brosnio-
wska seu Lininska praefato Nobili Demetrio Jacowski Czerwako-
wicz, Cessionario suo eiusq́ue posteris cum ex nunc et de facto coram
officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pa-
cificamq́ue possessionem, per Ministerialem quemcunq́ue competentem et Nobiles
duos die quacunq́ue voluerit officiose acceptandam, per ipsum Nobilem
Jacowski Czerwakowicz Cessionarium suum et ipsius posteros hoc
idem Jus praesens cessum summam ac bona summa eadem onerata prae-
missaq́ue omnia per praesentes transfusa, cum vniuersis eorum vtilita-
tibus et vsufructibus Competentiaq́ue et praerogatiua qualis tenendi
habendi

habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, suorumq Successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi praefati Iuris Originalis ex omnia lateris in se complecten, perpetuiq Cessi et transfusi in rigore. Debetq iste nihilominus memorata Recognoscens Nobilis Nastasia Brzezinowska pro se ac suos successores in et super bonis suis quibus omnibus, ac summis quibusvis pecuniariis habitis et haben sibi Nobili Demetrio Iaworski Cessionario suo inscribit et obligat praesenti, ipsum et eius successores in dicto Iure Cesso summa ac bonis summa eadem oneratis praemissisque omnibus praesenti transfusis et ratione eorundem omnium praesen abscessionem, ab omni et quavis impetitione Iuridica, quarumcunq personarum, cuiuscunq conditionis, status et sexus cuiusvis existen ex re persona et occasione sui Recognoscen et suorum Successorum, Iurisq praesen Cessi tantummodo et non ultra ex omni, in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere intercedere, et eliberare, indemnemq eum praestare reddere, necnon hoc idem Ius praesens Cessum, summam ac bona summa eadem onerata praemissaq omnia praesentibus transfusa ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia praesen condescensa cuiuis personarum modo quocunq factis et facien, item etiam a quibusvis Citationibus super eadem praemissa omnia per praesen Cessa via portatis et importan, Decretis denique et Condemnationibus, Processibusque Iuris quibusvis in quocunq Termino et gradu Iuris dependen et in quovis Iudicio et officio Regni obten et obtinen, ac super praemissis omnibus praesen transfusis tantummodo et non ultra perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum summa eadem praesen abscessa oneratorum dum penitentialem et Nobiles

duos

d ex officiore requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et usumfructum praemissorum omnium praefatorum transfusorum, quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque Cessionarium suum et eius successores in praemissis omnibus praefatis eorundem nullo modo inquietare, ita ut is idem Cessionarius suus cum suis posteris hoc idem Ius praesentis Cessionis, summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia praefata Cessa, cum universis commoditatibus et usufructibus competentiisque et pertinentiis quiete et pacifice praefatae Inscriptionis Cessionariae vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque uti frui possit, Idque sub Vadio certo Florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem sive eius posteros praenominato Cessionario suo et illius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio, modo praemisso ad soluendum succubito ac pro re aliqua praedicta ex praemissis non complenda Citata existens memorata Recognoscens Nobilis Kastasia Brosniowska olim Nobilis Wasil Brosniowski Filia, Nobilis vero Ioannis Lininski Consors legitima sive eius successores, ad Instantiam praefati Nobilis Demetrij Iaworski Czerwahowicz olim Nobilis Iacko Iaworski Czerwahowicz prioris mariti sui Fratrisgermani Cessionarij sui vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitanealis Praemisliensis ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare uti parere, respondere Vadium praetactum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praefatum illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causam eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori

maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Curatorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietatio-nem ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos Dilationem sibi non accipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac eas prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia palam simplicibus vel tri-plicatis cautionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis eludendo. Hac sua praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Baczynski alteri Donat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Basilius Baczynski sanus mente et corpo-re existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et hae-reditaria infrascripta videlicet dwa łagony od Drogi Błoniey do Dniestru inter metas ab vna infrascripti Nobilis Donatarij et Nobilis Andreae Baczynski Kotłowicz parte ab altera in Bonis Villae Baczy-na Terra et Districtu praesenti Praemisliensi, cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate haereditate tituloque haereditario, cumque omnibus et singulis bonorum eorundem vtilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, atti-nentijsque et pertinentijs generaliter vniversis, nihil ex praemissis Iuris Dominij, proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogativae se Recognoscente, suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, veluti praemissa omnia, ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant, Nunc et exhunc et Defacto Nobili Iwan Baczynski

Kotłowic